



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Consideratio & Affectus VI. De Corde Christi. Feria VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

atque instar solis, humilitatis & mansuetudinis, patientiæ & obedientiæ, charitatis & misericordiæ radios longè late evibrantem? credo, spero, amo te Domine meus: Desidero te millies! mi Jesu quando venies! ut me tibi assimiles.

Consideratio & Affectus VI.

De Corde Christi. Feria VI.

Quis mihi det, te Fratrem meum amabile cor tuum, plenum thesauris cœlestibus omnium deliciarum, quas tuis ex copiosissimo flumine gaudiorum Dei, usque ad summam saturitatem desideriorum tuorum, in tanta plenitudine ut quod supereffluit, replere possit omni lætitiâ? O vinum lætificans cor hominis lætifica me! ô manna absconditum cœlesti dulcedine immensa, refice me! O manna cœleste, in quo sunt omnes saporum suavitates possibiles ad delicias & solatium Justorum, recrea me! O panis pinguis præbens delicias Regibus non vitiorum suorum mancipiis, exhilara & confortame me! Indignum fateor est hisce cupiditate cor meum, terrena adhuc sapiens, & cupidè quæ sursum sunt, quærens: sed

men, credo, spero, amo te Deus meus:
Desidero te millies! Mi Jesu quando ve-
nies? me lætum quando facies?

Consideratio & Affectus VII.

De Divinitate Christi. Sabbatho.

Quis mihi det, te Fratrem meum, ô
Jesu divinissime! Unigenitum Patris
Filiū infinito nostri amore æstuantem;
& propter nimiam charitatem sic se ex-
iniantem, atque ad nos fratres degene-
res ac moribus dissimiles te demittentem?
Quis mihi det quoque æternum Patrem
tuum, Creatorem nostrum sic nos dili-
gentem, ut te Filium suum unigenitum
nobis daret, & tecum propter naturæ di-
vinæ unitatem ad hoc Sacramentum de-
scenderet! Quis mihi denique det Spiri-
tum Sanctum, Paracletum, & Advocatum;
amoris infiniti incendium, tecum & cum
Patre ad nos orphanos venientem & man-
sionem apud nos facientem? O Abyssus
charitatis & misericordiæ! ô excessus li-
beralitatis & beneficentiæ! Ah! Credo,
spero, amo te Deus meus: Desidero te
millies! mi Jesu quando venies? Ut mor-
tuum vivifices, Et hominem deifices?

Affectus